



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 32. Argentenensium epistola ad Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

tus vero Cæsari gratias ob tam paternam sollicitudinem rependens omne obsequium eidem pollicebatur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1548.

§. XXXII.

*Argentinesium epistola ad Cæsarem.*

Longe minorem obsequendi voluntatem exhibebant Argentinesium Deputati; hi enim ad Cæsarem Gallice, cum huic idiomati multum affectus esset, epistolam dederunt, in qua hæc exponebant: *Religionis decretum convocatis, & adhibitis nostræ civitatis theologis, totum diligenter expendimus: & quamquam in ea reperiantur, quæ non omnino dissident a sacris literis, quoniam tamen ita scripta sunt, ut in plerisque sit opus explicatione majori, perdifficile nobis est, atque grave, sic illa recipere; nam persuasissimum nobis est, doctrinam nostram, atque ceremonias congruere cum verbo Dei, neque posse a nobis, nisi cum offensione Dei, & vulnere conscientia, vel desereri, vel immutari prius, quam facta sit cognitio, & nostri etiam homines auditi: hæc enim consuetudo semper fuit inde a prima ætate Ecclesiæ, ut a legitimis conventibus dubia, & controversa definirentur. Hæc quoque ratio semper omnium optima visa fuit in imperii comitiis, ut pro concilio res tota permitteretur: itaque per omnia sacra, perque Sanguinem Christi ro-*

*Sleid. p. 741.*

P p 5 gamus,



Sæcul. XVI. *gamus, pro nobis effusum, ut in eo valeant*  
A.C. 1548. *Imperii decreta, nobisque Religionem hanc*  
*tueri liceat, donec legitimi Concilii authori-*  
*tas intervenerit: etenim neque melior, nec ad*  
*constituendam pacem utilior inveniri via pot-*  
*est, neque sane diuturnior.*

Verum Carolus Cæsar eadem fer-  
 me, quæ nuper responderat, eis signifi-  
 cari iussit, præcipiens, ut sese submit-  
 terent, nec ultra precibus instarent, cum  
 hac super re aliud decerni non possit, i-  
 psis tamen promisit, quod in Synodo suas  
 querelas libere proferre valerent, por-  
 ro intra mensem diserte, quæ sit i-  
 psorum voluntas, exponerent. Hoc re-  
 sponso Senatores valde conterriti, ma-  
 gnum, ut vocant, Reipublicæ Senatam  
 convocant, qui tamen non nisi in diffi-  
 cillimis, maximique momenti rebus  
 cogi consueverat, ac trecentis constabat  
 civibus, ita ut ex singulis tribubus, qua-  
 rum sunt viginti numero, quindecim se-  
 ligerentur.

## §. XXXIII.

*Decretum Interim ab Argentinensibus*  
*sub quibusdam conditionibus*  
*acceptatum.*

*Sleid. Thu*  
*l. c.*

Collectis itaque Senatorum suffragiis,  
 plerique decretum *Interim* minime  
 recipiendum, nec ulla concordiae pacta  
 esse